7 11 Complevit.. quæ disposuerat.. ut faceret in = Dni et in = sua, et..
9 11 fecit..gradus in = Dni,et in = regia
20 9 irruerint..mala.. stabimus coram = hac
21 17 diripuerunt.. substantiā quæ.. in = regis
24 16 qd fecisset bonum cum Isr et cum = ej
26 21 Ozias..habitavit in = separata plen lepra
28 21 Achaz, spoliata = Dni et = regū ac principum, dedit regi Assyriorum munera
33 7 In = hac et in Jerusalē..ponā nomen m..
20 sepelierunt eum [*Manassen*] in = sua
24 servi s, interfecerunt eū [*Amon*] in = s
36 17 interfecit juvenes.. in = sanctuarii sui
1 *Esd* 6 4 sumptus autem de = regis dabuntur
11 qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignū de = ipsius..et configatur in eo
2 *Esd* 5 13 non compleverit.. de = s, et.. excutiatur
Tob 2 1 cum..esset prandium bonum in = Tobiæ
9 corpora occisorum.. occultabat in = sua
5 16 de qua =, aut de qua tribu es tu?
12 12 cum.. mortuos abscondebas.. in = tua..
Judit 2 1 factum est verbum in = Nabuchodonos
10 aurum..et arg de = regis assumpsit
11 21 et tu in = Nabuchodonosor magna eris
14 16 Una..Hebræa fecit confusionē in = regis
16 28 Mansit..in = viri sui annos **105**
Esth 2 9 7 puellas speciosissimas de = regis
4 13 Ne..quia in = regis es præ cunctis Jud
7 8 Etiam reginam vult opprimere.. in = m

DOMUS—o

Esth 7 9 En lignum.. stat in = Aman
Job 1 13 comederent.. in = fratris sui primogen
18 vescentib..in = fratris s..*ventus.. irruit*
21 21 Quid.. ad eum pertinet de = s post se?
42 11 et comederunt cum eo panem in = ejus
Ps 49 9 Non accipiam de = tua vitulos
67 7 D qui inhabitare facit unius moris in =
83 5 Beati qui habitant in = tua Domine
111 3 Gloria et divitiæ in = ejus
112 9 Qui habitare facit sterilem in =,matrem filiorum lætantem
Prov 3 33 Egestas a Dno in = impii..justorum..
5 10 Ne..et labores tui sint in = aliena
7 11 quietis impatiens [*meretrix*], nec valens in = consistere pedibus suis
19 Non est enim vir in = sua, abiit..
17 13 Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de = ejus
21 9, 25 24 Melius est sedere in angulo domatis,quam cum muliere litigiosa, et in = communi
12 Excogitat justus de = impii,ut detrahat..
24 15 Ne..quæras impietatem in = justi
25 17 Subtrahe pedem t de = proximi tui nequando satiatus oderit te
Eccli 4 35 Noli esse sicut leo in = tua, evertens domesticos t, et opprimens subjectos
23 12 non discedet a = illius [*jurantis*] plaga
29 31 Vita nequam hospitandi de = in domum
50 20 in magna = auctus est sonus suavitatis
Isai 3 7 in = mea non est panis [plenus
14 et rapina pauperis in = vestra
14 18 reges gentiū..dormier in gloria, vir in = s
42 7 ut..educeres..de = carceris,sedentes..
44 13 fecit imaginē..quasi..homin habitantō in
56 5 dabo eis [*eunuchis*] in = mea..locum [= 7 lætificabo eos in = orationis meæ
Jer 5 7 et in = meretricis luxuriabantur
7 10 stetistis coram me in = hac..et dixistis..
30 Posuerunt offendicula sua in =, in qua invocatum est nomen m [32 34]
11 15 dilectus m in = m fecit scelera multa?
23 11 in = mea inveni malum eorum
26 10 ascenderunt de = regis in domum Dni
27 18 si prophetæ sunt..occurrant..ut non veniant vasa..derelicta..in = Dni, et in = regis Juda.. in Babylonem
21 D Israel ad vasa.. derelicta.. in = Dni, et in = regis Juda et Jerusalem
32 2 Jer.. in atrio carceris qui erat in = regis
34 posuerunt idola sua in = in qua invocatum est nomen meū,ut polluerent eam
34 15 inistis pactum.. in = in qua.. nomen m
36 22 Rex.. sedebat in = hiemali.. mense 9°
37 14 eum..in carcerem qui erat in = Jonathan
16 rex.. interrogavit eum in = s abscondite
38 7 Audivit.. eunuchus qui erat in = regis..
8 egress est.. de = regis.. locut est ad regē
22 mulieres, quæ remanserunt in = regis Juda,educentur ad principes.. Babyl
52 11 posuit eum [*Sedeciam*] in = carceris
31 eduxit eum [*Joachin*] de = carceris
Bar 2 16 Respice Domine de = sancta tua in nos
6 16 in =, oculi eorum pleni sunt pulvere
18 sunt autem sicut trabes in =
20 Nigræ fiunt facies.. a fumo qui in = fit
58 melius est esse.. aut vas in = utile.. vel ostium in =.. quam falsi dii
Ezec 8 1 sedebā in = m, et senes Juda..coram me
27 14 Dē = Thogorma..adduxerunt ad forum t
43 6 audivi loquentem ad me de =
45 20 facies.. pro unoquoq..et expiabis pro =
Dan 4 1 Ego Nabuchod quietus eram in = mea
Ose 9 15 propter malitiam..de = mea ejiciam eos
10 14 sicut vastatus est Salmana a = ej qui..
Amos 1 5 disperdā..tenentē sceptrū de = voluptatis
3 15 percutiam domum hiemalem cū = æstiva-
6 9 reliqui fuerint **10** viri in = !.. morientur
10 propinq..comburet..ut efferat ossa de =
Mich 1 10 in = pulveris pulvere vos conspergite
2 9 Mulieres populi m ejecistis de = deliciar s
6 4 *Populе meus*..Quia eduxi te de terra Ægypti,et de = servientiū liberavi te..?
10 Adhuc ignis in = impii thesauri iniquit
Hab 3 13 Percussisti caput de = impii
Zach 13 6 His plagatus sū in = eorū qui diligebant
Mal 3 10 Inferte..in horreum, et sit cibus in = m
1*Mac* 9 55 nec ultra potuit loqui..et mandare de = s
Matt 5 15 sup candelabrū,ut luceat omnib qui in = 8 6 Dne, puer meus jacet in = paralyticus
9 10 discumbente eo in =,ecce multi publicani
10 14 non receperit..exeuntes..de =..excutite
13 1 exiens Jesus de =, sedebat secus mare
57 *Marc* 6 4 Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in = sua
24 17 et qui in tecto,non descendat tollere aliquid de = sua [*Marc* 13 15]
26 6 esset in Bethania in = Simonis leprosi
Marc 2 2 *Capharnaum*..auditum est qd in = esset' 15 cum accumberet in = illius [*Levi*]

DOMUS—o

Marc 10 10 in = iterum discipuli ejus..interrogaver
14 3 cum esset Bethaniæ in = Simonis leprosi
Luc 2 4 eo quod esset de = et familia David
5 29 fecit ei convivium magnum Levi in = s
7 6 non longe esset a =,misit ad eū centurio
37 mul..cognovit qd accubuisset in = Pharis
8 27 neque in = manebat, sed in monumentis
10 7 In eadem autem = manete edentes, et.. Nolite transire de = in domum
12 52 erunt.. 5 in = una divisi, 3 in duos, et 2 in tres *dividentur*
15 17 Quanti mercenarii in = patris m abund..?
17 31 fuerit in tecto,et vasa ej in =,ne descend
19 5 quia hodie in = tua oportet me manere
Joan 8 35 Servus.. non manet in = in æternū : fil..
11 31 Judæi.. qui erant cum ea [*Maria*] in =..
14 2 In = Patris mei mansiones multæ sunt
Act 7 20 M. nutritus est **3** mensibus in = patris s
9 11 quære in = Judæ Saulū nomine Tarsensē
10 2 *Cornelius*.. timens Deum cū omni = sua
30 orans eram hora nona in = mea
32 Petrus..hospitatur in = Simonis coriarii
11 11 viri **3** confestim astiterunt in =
13 Narravit.. quom vidisset Angelū in = s
16 32 locuti s.. verbū..cū omnib qui.. in = ej
34 lætatus est cum omni = s, credens Deo
18 8 archisynag credidit Dno cum omni = sua
19 16 ita ut nudi et vulnerati effugerent de =..
Rom 16 11 Salutate eos qui sunt ex Aristoboli = Salutate eos qui sunt ex Narcissi =
Phili 4 22 Salut.. maxime.. qui de Cæsaris = sunt
Col 4 15 Salutate..Nymphā,et quæ in = ej..Eccles
2 *Tim* 2 20 In magna.. = non solū sunt vasa aurea, et argentea, sed et lignea, et fictilia
Phile 2 et Ecclesiæ quæ in = tua est
Hebr 3 2 fidelis est.. sicut et Moys in omni = ejus 5 fidelis erat in tota = ejus tanquā famulus 6 Christus vero tanquam filius in = sua
Exod 8 21 implebuntur **domus** Ægyptiorū muscis
Levit 25 33 = urbium Levitarū pro possessionib sunt
Deut 12 7 lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum, vos et = vestræ
2 *Esd* 7 4 Civitas..lata..et non erant = ædificatæ
Job 21 9 = eorum [*imp*] securæ sunt et pacatæ
Ps 48 12 sepulchra eorum = illorum in æternum
Isai 5 9 Nisi = multæ desertæ fuerint grandes,et..
6 11 Donec desolentur civitates..et = sine hom
13 16 diripientur = eorū.. uxores eor violabuntur 21 et replebuntur = eorum draconibus [tur
Jer 5 27 decipula plena avib,sic = eorū plenæ dolo
6 12 transibunt = aedificia ad alteros, agriet ux..
19 13 erunt = Jerusalem et = regum Juda sicut locus Topheth, immundæ : omnes =, in quar domatib sacrific.. militiæ cæli
32 15 Adhuc possidebuntur =,et..in terra ista
Thre 5 2 Hereditas nostra versa est ad alienos : = nostræ ad extraneos
Ezec 11 3 dicentes : Nonne dudum ædificatæ s = ?
Dan 2 5 nisi indicaveritis..et = v publicabuntur
Amos 3 15 et peribunt = eburneæ, et..
Zach 14 2 capietur civitas,et vastabuntur =, et..
Exod 6 14 Isti..principes **domorum** per familias s
12 7 de sang..ponent..et in superliminarib =
Levit 14 55 *Ista est lex*..lepræ vestium et = [34 H]
Num 1 4 Eruntque..principes tribuum ac = [17 A]
2 *Par* 34 11 ut emerent.. et ad contignationem =
Cant 1, 16 tigna = n cedrina, laquearia .. cypressina
Ezec 33 30 fili hom..loquuntur de te..et in stitiis =
1 *Mac* 1 58 ante januas =..in plateis incendeb thura
Act 4 34 possessores agrorum aut = .. vendentes afferebant pretia eorum
Gen 42 33 cibaria **domibus** v necessaria sumite
1 *Tim* 3 12 qui filiis suis bene præsint, et suis = **domos** [8 F; 17 A-D; 18 A, D; 38 A, P; 59 G]
Gen 42 19 unus ligetur..vos autem abite..in = vestr
Exod 1 21 timuer obstetrices Deū, ædificavit eis = 8 3 [*ranæ*] ingredientur..et in = servorum t 21 immittam..et in = tuas omne genus muscar 24 venit musca gravissima in = Phar et..
9 20 Qui timuit verbū Dni.. fecit confugere servos suos et jumenta in =
10 6 [*locustæ*] implebunt = tuas, et servorū t
12 3 tollat unusqq agnum per familias et = s 23 viderit sanguinem..non sinet percussorē ingredi = vestras, et lædere 27 Victima transitus Dni..qdo transivit super = filiorum Israel..percutiens Ægyptios, et = nostras liberans
Num 2 34 profecti [*sunt*] per familias ac = patrū s
32 18 Non revertemur [*Ruben et..*] in = n usq
Deut 6 11 = plenas cunctarū opū,quas non extruxisti 8 12 Ne postquā..= pulchras ædificaveris,et.. *elevetur cor tuum*
Jos 7 14 accedet..cognatio per =, domusq per viros 17 [*familiam Zare*] per = offerens, reperit..
3 *Reg* 9 10 ædificaverat Salomon **2** =.. Dni.. regis
4 *Reg* 25 9 = Jerusalem..combussitigni [*Jer* 52 13]
1 *Par* 7 2 Filii Thola..principes per = cognat suar
15 1 Fecit quoque sibi = in civitate David
24 4 filiis Ithamar per familias et = suas **8**

DOMUS—os

1 *Par* 24 30 Isti filii Levi secundum = familiarum s
2 *Par* 17 12 Josaphat..ædificavit..= ad instar turriū
35 4 præparate vos per =, et.. [*ad Phase*]
12 ut darent per = et familias singulorum
1 *Esd* 10 16 viri principes familiarum in = patrum s
2 *Esd* 5 3 et = n apponamus,et accipiamus frument
11 Reddite eis..agros s..vineas s..= suas
9 25 possederunt = plenas cunctis bonis
10 34 ut inferrentur [*ligna*] per = patrum n
Job 1 4 faciebant convivium per =
3 15 cum principib..qui replent = s argento
4 19 quanto magis hi qui habitant = luteas.. consumentur velut a tinea ?
22 18 *quasi nihil posset..æstimabant eum* [*D*] cum ille implesset = eorum bonis
24 16 Perfodit in tenebris = [*adulter*]
Ps 47 14 distribuite = ejus [*Sion*], ut enarretis..
Prov 1 13 implebimus = nostras spoliis
Eccle 2 4 ædificavi mihi =, et plantavi vineas
Eccli 3 11 Benedictio patris firmat = filiorum : maledictio autem matris eradicat..
28 17 *Lingua tertia*..et = magnatorum effodit
41 8 fiunt filii peccatorum, et qui conversantur secus = impiorum
49 15 Nehemias in memoria.. qui erexit = n
Isai 22 10 = Jerusalem numerastis, et destruxistis = ad muniendum murum
32 13 quanto magis super omnes = gaudii..?
65 21 Et ædificabunt =, et habitabunt
Jer 6 5 ascendamus in nocte, et dissipemus = ej
9 21 ascendit mors..ingressa est = nostras
17 27 succendam ignem..et devorabit = Jerus
21 13 dicitis.. quis ingredietur = nostras ?
29 5,28 Ædificate =,et habitate : et plantate..
32 29 comburent..= in quarū domatibus.. Baal
33 4 dicit Dnus..ad = urbis huj, et ad = regis
35 9 *ita ut*.. et non ædificaremus = ad habit
Ezec 7 24 adducā..de gentib,et possidebunt = eorū
16 41 Et comburent = tuas igni
23 47 et = earum igne succendent
26 12 et = tuas præclaras subvertent
28 26 et ædificabunt =,et plantabunt vineas
45 4 erit eis [*sacerdotibus*] locus in =
Joel 2 9 = conscendent,per fenestras..quasi fur
Amos 1 4 mittam ignem..et devorabit = Benadad
5 11 = quadro lapide ædificabitis..non habitab
6 8 Detestor..superbiam Jacob,et = ejus odi
Mich 2 2 agros..violenter tulerunt,et rapuerunt =
Soph 1 13 ædificabunt =,et non habitabunt
1 *Mac* 1 33 *Antiochus*..et destruxit = ej [*Jerusalem*] 64 suspendebant pueros a cervicib per..=
3 56 *Judas*..dixit his qui ædificabant =,et..
12 45 *Tryphon*..*dixit Jonathæ*..romitte..in = s
2 *Mac* 5 12 Jussit..per = ascendentes trucidare
Matt 23 14 comeditis = viduar,orationes long orantes
Marc 10 30 centies tantū..=,et fratres,et sorores,et..
12 40 qui devorant = viduarum sub ostentu prolixæ orationis [*Luc* 20 47]
Luc 16 4 ut..amotus..a villicat,recipiant..in = s
Act 2 46 Quotidie..frangentes circa = panem..
5 42 non cessab in templo et circa = docentes
8 3 devastabat Ecclesiam, per = intrans,et..
20 20 quo minus..docerem vos publice et per =
1 *Cor* 11 22 Numq = non habetis ad manducandū..?
1 *Tim* 5 13 Simul..et otiosæ discunt circuire =
2 *Tim* 3 6 *devita*..qui penetrant =, et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis
Tit 1 11 qui universas = subvertunt, docentes..
Gen 34 28 vastantes quæ in **domibus** et in agris..
Exod 1 1 in Ægyptum..singuli cū = s introierunt
8 13 et mortuæ sunt ranæ de =, et de villis, et
12 15 die I° non erit fermentum in = v [19]
Deut 11 6 quos aperto ore suo terra absorbuit cū =
Jos 9 12 panes, qdo egressi sumus de = n.. calidos sumpsimus, nunc sicci..sunt
Judic 18 14 Nostis quod in = istis sit ephod, et..
Ruth 1 9 Det vobis invenire requiem in = virorū..
3 *Reg* 5 14 ita ut [*opifices*] 2 mensibus essent in = s
2 *Esd* 4 14 pugnate pro fratribus v.. et = vestris
11 25 et in = per omnes regiones eorum [59 J]
Esth 1 22 esse viros principes ac majores in = s
8 11 inimicos s cū.. et universis =.. delerent
Job 15 28 Habitavit.. et in = desertis
Ps 44 9 Myrrha, et gutta, et casia.. a = eburneis
47 4 Deus in = ejus cognoscetur, cum..
73 20 qui obscurati sunt terræ = iniquitatum
Eccli 44 6 Homines.. pacificantes in = suis
Isai 34 13 orientur in = ejus [*Edom*] spinæ, et..
42 11 in = habitabit Cedar
22 et in = carcerum absconditi sunt
Jer 17 22 nolite ejicere onera de = v, in die sabb
18 22 Audiatur clamor de = eorum
Bar 6 30 in = eorum sacerdotes sedent, habentes..
Ose 11 11 et collocabo eos in = suis, dicit Dnus
Mich 5 5 cū venerit Assyr.. et.. calcaverit in = n
Soph 2 7 in = Ascalonis ad vesperam requiescent
Agg 1 4 habitetis in = laqueatis,et..ista deserta ?
2 *Mac* 3 18 Alii.. gregatim de = confluebant..
Matt 11 8 Ecce qui mollibus vestiuntur,in = regum sunt [*Luc* 7 25]

DOMUS AARON

Ps 113 10 = speravit in Dno : adjutor..et protector..
117 3 Dicat nunc = : quon in sæculū miseric ej
134 19 **domus Aaron**, benedicite Domino
113 12 benedixit **domui Aaron**

DOMUS ACHAB

4 *Reg* 8 18 Ambulavit [*Joram*] sicut ambulaverat = 27 *Ochoz*.. fecit.. malū.. corā Dno, sicut =
2 *Par* 21 6 Ambulavit [*Joram*].. sicut egerat =
22 4 Fecit [*Ochoz*] malū in consp Dni, sicut =
4 *Reg* 8 27 *Ochozias*.. ambulavit in viis **domus Achab**.. gener enim = fuit
21 13 extendam super Jerusalem.. pondus =
2 *Par* 21 13 [*Joram*] imitatus fornicationem =
22 3 *Ochozias*.. ingressus est per vias =
Mich 6 16 custodisti præcepta Amri,et omne opus =
4 *Reg* 9 7 percuties [*o Jehu*] **domum Achab**
8 Perdamque omnem =
9 dabo = sicut domum Jerob.. et.. Baasa
10 10 locutus est Dominus super =
2 *Par* 22 7 Jehu.. quem unxit Dnus ut deleret =
8 Cum ergo everteret Jehu =..
4 *Reg* 10 11 percussit..Jehu omnes..de **domo Achab**

DOMUS DAVID

1 *Par* 17 24 dicatur.. et = servi ej permanens corā eo
Zach 12 7 ut non magnifice glorietur =..ctra Judā 8 et erit..= quasi Dei,sicut angelus Dni..
Isai 7 13 Audite ergo **domus David** : Numquid parū vobis est molestos esse hominib
Jer 21 12 =, hæc.. Dnus : Judicate mane judicium
3 *Reg* 14 8 scidi regnum **domus David**,et dedi..tibi
Ps 29 1 *Psalmus Cantici*, in dedicatione =
Isai 22 22 dabo clavem = super humerum ejus
Zach 12 12 familiæ = seorsum,et mulieres.. seorsum
3 *Reg* 13 2 filius nascetur **domui David**, Josias..
Isai 7 2 nuntiaver =.. Requievit Syria sup Ephr
Zach 13 1 erit fons patens =.. in ablutionē peccat
1 *Reg* 19 11 Misit.. Saul satellites suos in **domum David**, ut.. interficeretur mane
2 *Reg* 3 1 Facta..concertatio inter dom Saul et..=
6 Cū.. esset prælium inter domū Saul et =
5 11 Misit.. Hirā..artifices..ædificaverunt =
3 *Reg* 12 20 nec secutus est.. =, præter tribū Juda 26 Dixitq Jeroboā.. revertetur regnū ad =
2 *Par* 21 7 Noluit.. Dnus disperdere = propt pactū
2 *Esd* 12 36 ascenderunt.. in ascensu muri super =
Ps 121 5 illic seder sedes in judicio, sedes sup =
Zach 12 10 effundā sup =.. spiritū gratiæ et precū
1 *Reg* 20 16 Pepigit..Jonath fœdus cum **domo David**
3 *Reg* 12 19. 2 *Par* 10 19 recessitque Israel a =
4 *Reg* 17 21 ex.. quo scissus est Israel a =, et constituerunt sibi regem Jeroboam
2 *Par* 8 11 Non habitabit uxor m in = regis Israel
Eccli 48 17 et relicta est gens perpauca, et principes in =
Luc 1 27 ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de =
69 erexit cornu salutis nobis in = pueri sui

DOMUS DEI

[53 I; 55 S; 56 C, E; 58 K; 59 H, I]

Gen 28 17 non est hic aliud nisi =,et porta cæli
22 lapis iste,quē erexi in titulū,vocabitur =
35 7 et appellavit nomen loci illius, =
Judic 18 31 idolū Michæ..tempore quo fuit = in Silo
1 *Par* 22 1 Dixitque David : Hæc est =
2 *Par* 5 13 ita ut..impleretur = nube
1 *Esd* 5 13 Cyrus..proposuit..ut = hæc ædificaretur 15 Dixitque..= ædificetur in loco suo 17 utrum..a Cyro..jussū..ut ædificaretur =
6 3 Cyrus rex decrevit ut = ædificaretur 8 ut ædificetur =..de arca regis
Tob 14 7 =,quæ.. incensa est,iterū reædificabitur
Bar 3 24 O Israel, quam magna est =..
2 *Par* 4 19 Fecitq Salomon.. vasa **domus Dei**
5 1 universa vasa posuit in thesauris =
24 27 et instauratio = scripta sunt..
28 24 Direptis..Achaz..vasis =..clausit januas
31 13 ex imperio..regis,et Azariæ pontificis =
33 5 *Manasses*..ædificavit..ea..in 2 atriis =
1 *Esd* 6 16 Fecerunt..dedicationem = in gaudio 17 obtulerunt in dedicationem =,vitulos..
7 19 Vasa..in ministerium = tui, trade..
24 notū facimus de..ministris = huj,ut vectigal..non habeatis potestatē impon..
8 17 ad Eddo..ut adducerent..ministros = n 25 Appendi..et vasa consecrata = nostri
10 9 sedit..populus in platea =, tremebatis
2 *Esd* 8 16 Feceruntque..tabernacula.. et in atriis =
10 32 demus 3ª partē sicli per annū ad opus = 33 ut exoretur pro Isr, et in omnē usum =
11 22 De filiis Asaph cantores in ministerio =
13 4 Eliasib..præpositus in gazophylacio = 7 malū..ut faceret..thesaurū in vestibulis = 9 retuli ibi vasa =, sacrificium, et thus
Ps 91 14 in domo Dni,in atriis = nostri florebunt
133 1, 134 2 qui statis..in atriis = nostri
Dan 1 2 tradidit Dnus [*Nabuc*]..partē vasorum =

DOMUS—ui Dei

1 *Esd* 7 16 *feras*..quæ..obtulerint **domui Dei** sui
Jos 9 23 non deficiet [*Gabaonita*]..aquasque comportans in **domum Dei** mei
Judic 19 18 de Bethlehem.. nunc vadimus ad =
20 18 venerunt in =, hoc est, in Silo [21 2]
26 venerunt in =, et sedentes flebant
2 *Par* 3 3 fundamenta.. ut ædificaret =
5 14 Compleverat enim gloria Domini =
7 5 dedicavit = rex, et universus populus
24 7 Athalia.. et filii ejus destruxerunt =
29 15 sanctificati sunt.. ut expiarent =
36 19 Incenderunt hostes =, destruxeruntq mur
1 *Esd* 2 68 sponte obtulerunt in = ad extruendam eã
5 8 Notum sit regi, isse nos.. ad = magni
6 7 dimittite..ut = illam ædificent in loco suo
12 Deus..dissipet..qui extenderit manum s ut repugnet, et dissipet = illam
15 et compleverunt = istam
7 20 quib opus fuerit in = tui.. de fisco regis
8 30 pondus..vasorũ ut deferrent..in = nostri
36 et elevaverunt populum et =
9 9 Deus n..inclinavit..ut.. sublimaret = n
10 6 Et surrexit Esdras ante =
2 *Esd* 10 34 ut inferrentur [*ligna*] in = nostri
39 et non dimittemus = nostri
13 11 et dixi: Quare dereliquimus = ?
Ps 41 5 transibo in locum tabernaculi..usq ad =
Eccle 4 17 Custodi pedem tuum, ingrediens =
Isai 2 3 ascendamus ad montẽ Dni, et ad = Jacob
Joel 1 14 congregate senes.. in = vestri
Mich 4 2 ascendamus ad montẽ Dni, et ad = Jacob
Zach 7 2 Et miserunt ad = Sarasar, et..
Matt 12 4 *David*..quomodo intravit in =, et panes.. comedit [*Marc* 2 26 *Luc* 6 4]
Hebr 10 21 et sacerdotem magnum super =
1 *Par* 9 13 ad..opus ministerii in **domo Dei**
2 *Par* 22 12 Fuit [*Joas*].. in = absconditus **6** annis
23 3 Iniit..multitudo pactum in = cum rege
25 24 *cepit..rex Israel*..quæ repererat in =, et..
33 7 *Manasses*.. conflatile signum posuit in =
1 *Esd* 7 23 qd ad ritũ..tribuatur diligenter in = cæli
8 33 appensũ.. arg, et aurũ, et vasa in = n
2 *Esd* 6 10 Tractemus nobiscum in = in med templi
10 36 primitiva.. ut offerrentur in = nostri
sacerdotibus qui ministrant in = nostri
38 Levitæ offerent **10**am.. **10**æ suæ in = n
11 16 sup omnia opera, quæ erant forinsec in =
13 14 ne deleas miserationes m quas feci in = m
Ps 51 10 Ego autem sicut oliva fructifera in =
54 15 in = ambulavimus cum consensu
83 11 Elegi abjectus esse in = m, magis quũ..
Ose 9 8 propheta.. factus est.. insania in = ejus
Joel 1 13 interiit de = vestri sacrificium et libatio
16 Numq non..alimenta perierunt de = n..?
Amos 2 8 vinum damnatorum bibebant in = sui
Nah 1 14 de = tui interficiã sculptile et conflatile
1 *Tim* 3 15 scias quom oporteat te in = conversari
1 *Pet* 4 17 Quon tempus est ut incipiat judiciũ a =

DOMUS DOMINI
[53 A-C, E, H, I; 56 A-C, E; 65 U]

3 *Reg* 6 37 Anno 4° fundata est =, in mense Zio
Zach 8 9 os pphetarũ in die, qua fundata est =
1 *Reg* 3 15 Sam.. aperuitque ostia **domus Domini**
3 *Reg* 7 12 necnon et in atrio = interiori, et..
51 reposuitque in thesauris =
9 1 cũ perfecisset..ædificiũ =, et ædific regis
10 12 de lignis thyinis fulcra = et domus regiæ
14 26 *Sesac*.. tulit thesauros =, et.. regios
15 18 Asa.. quod remanserat in thesauris =, et.. domus regiæ.. misit ad Benadad
1 *Reg* 11 7 custodiant excubias = circa regem
12 11 qui præerant cæmentariis =
12 ita ut impleretur instauratio = [mam
15 35 *Joatham*.. ædificavit portã = sublimissi-
22 5 *pecunia*..detur..fabris per præpositos =
24 13 *rex Babyl*..protulit..thesauros =, et..reg
1 *Par* 6 48 Levitæ.. ordinati..in..ministeriũ tab =
9 26 super exedras, et thesauros =
25 6 distributi.. in ministeria = juxta regem
28 12 exedrarum per circuitum in thesauros =
13 divisionum..Leviticarũ in omnia opera =
20 Dominus.. nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii =
21 divisiones sacerdotum et.. in omne ministerium = assistunt tibi
2 *Par* 12 9 Sesac.. sublatis thesauris =, et.. regis
16 2 Asa.. de thesauris =.. misitq ad Bena-
23 5 reliquum vulgus sit in atriis = [dad
19 Constituit quoque janitores in portis =
24 8 arcam: posuer..juxta portã = forinsecus
12 [*pecuniam*] his qui præerant operibus =
21 miserunt lapides [*in Zachar*] in atrio =
27 3 *Joatham*.. ædificavit portam = excelsam
29 3 *Ezechias*.. aperuit valvas =, et instaurav
16 extuler omnẽ imunditiã.. in vestibulo =
35 et completus est cultus =
31 21 universa cultura ministeriĩ =, juxta legẽ
33 15 abstulit..aras.. quas fecerat in monte =
35 8 principes = deder sacerdotib ad.. Phase

DOMUS—us Domini

2 *Par* 36 10 in Babylonem, asportatis simul..vasis =
18 Universaq vasa =..transtulit in Babyl
1 *Esd* 4 24 Tunc intermissum est opus = in Jerus
6 22 Dnus.. converterat cor regis.. ut adjuvaret manus eorum in opere =..
8 29 vigilate et custodite.. in thesaurum =
Ps 115 19 *Vota mea Dno reddam*.. in atriis =
Isai 2 2 præparatus mons = in vertice montium
22 18 ibi erit.. ignominia = tui [*Sobna*]
Jer 7 2 Sta in porta =, et prædica ibi.. istud
19 14 Jeremias.. stetit in atrio =, et dixit..
26 2 Sta in atrio =, et loqueris ad.. Juda
10 sederunt in introitu portæ = novæ
28 3 referri faciam ad locũ istũ omnia vasa =
36 10 Legitq Bar.. in introitu portæ novæ =
51 51 venerunt alieni super sanctificationem =
Ezec 8 14 introduxit me per ostiũ portæ =.. ad Aq
16 introduxit me in atrium = interius
10 19 stetit in introitu portæ = orientalis
11 1 introduxit me ad portam = orientalem
44 5 audi omnia.. de universis ceremoniis =
Agg 1 2 Nondum venit tempus = ædificandæ
Zach 7 3 ut dicerent sacerdotibus =..flendũ est..?
Ezod 23 19 Primitias.. deferes in **domum Domini**..
1 *Reg* 1 24 adduxit eum [*Samuelem*] ad = in Silo
2 *Reg* 12 20 David.. ingressus est =: et adoravit
3 *Reg* 3 1 donec compleret..domũ suã, et =, et murũ
8 10 nebula implevit =
11 impleverat enim gloria Domini =
64 sanctificavit..mediũ atrii, qd erat ante =
9 10 ædificaverat..2 domos..= et domũ regis
15 summa.. ad ædificandam = et domum s
14 28 ingrederetur rex in =, portabant [*scuta*]
15 15 *Asa*..intulit..quæ..pater s..voverat, in =
4 *Reg* 12 9 gazophylaciũ.. ad dexterã ingredientibus
19 1 Ezechias.. ingressusque est = [=
14 litteras.. legisset.. ascendit in =, et..
25 9 *Nabuzardan*.. succendit =, et.. regis
1 *Par* 6 32 donec ædificaret Salomon = in Jerusalem
24 19 Hæ vices.. ut ingrediantur =
2 *Par* 3 1 cœpit Salomon ædificare = in Jer [54 Db]
7 11 Complevitq Salomon =, et domum regis
8 1 **20** annis postquam ædificavit..=, et..suã
16 impensas.. habuit.. ex.. quo fundavit =
12 11 Cumq introiret rex =, veniebant scutarii
15 18 *Asa*..quæ voverat pater s.. intulit in =
20 28 Ingressiq s..cũ psalteriis.. et tubis, in =
23 6 Nec quispiam alius ingrediatur =
24 4 Post quæ placuit Joas ut instauraret =
12 conducebant..artifices..ut instaurarent =
13 suscitaverunt = in statum pristinum
29 5 Dixit [*Ezech*].. mundate = Dei patrum v
18 dixerunt ei: Sanctificavimus omnem =
20 rex, adunavit..principes..et ascendit in =
30 1 ut venirent ad = in Jerus, et facer Phase
34 8 *Josias*..misit..ut instaurarent = Dei sui
9 pecuniam, quæ illata fuerat in =..
30 [*rex*] ascendit in =, unaq omnes viri Juda
36 14 universi.. prævaricati.. polluerunt =
1 *Esd* 1 3 Ascendat.. et ædificet = Dei Israel
7 27 dedit.. in corde regis ut glorificaret =
Ps 121 1 Lætatus sum in his.. In = ibimus
9 propter = Dei nostri, quæsivi bona tibi
Isai 37 1 Ezech.. obvolutus.. sacco..intravit in =
14 tulit.. libros.. et ascendit in =
38 22 Quod erit signum quia ascendam in = ?
66 20 adducent..de cunctis gentib..quom siinferant..munus in vase mundo in =
Jer 17 26 et inferent oblationem in =
26 10 principes Juda.. ascenderunt.. in =
28 6 prophetasti: ut referantur vasa in =
33 11 vox.. et portantium vota in =
35 2 introduces eos [*Rechabitas*] in =
4 introduxi eos in = ad gazophylacium..
36 5 Ego [*Jeremias*].. nec valeo ingredi =
52 13 incendit =, et.. regis, et omnes dom Jerus
Ezec 44 4 ecce implevit gloria Domini =
Ose 8 1 In gutture t sit tuba quasi aquila sup=
9 4 quia panis eorum..non intrabit in =
Soph 1 9 qui complent = Dei sui iniquitate et dolo
Zach 11 13 **30** argenteos, et projeci..in = ad statuariũ
Exod 34 26 Primitias.. offeres in **domo Domini**..
Deut 23 18 Non offeres..nec pretium canis in = Dei t
3 *Reg* 7 45 quæ fecit Hiram.. in =, de aurichalco..
48 Fecitque Salomon omnia vasa in =
51 perfecit omne opus qd facieb Salom in =
10 5 *Videns.. regina Saba*.. et.. quæ offerebat in =, non habebat ultra spiritum
12 27 ascenderit populus..ut faciat..in = in Jerusalem.. interficientque me, et..
4 *Reg* 11 3 Erat [*Joas*].. **6** annis clam in =
4 adjurans eos in =, ostendit..filium regis
10 dedit eis.. arma.. quæ erant in =
18 posuit sacerdos custodias in =
19 deduxeruntque regem de =..in palatium
12 10 pecuniam, quæ inveniebatur in =
11 his qui operabantur in =
14 14 Tulit [*rex Isr*] quæ inventa sunt in =
16 8 *Achas*.. quod inveniri potuit in =, et.. regis, misit regi Assyriorum

DOMUS—o Domini

4 *Reg* 18 15 Deditq Ezech..repertũ..in =, et.. regis
21 4 Extruxitq [*Manass*] aras in = [2 *P* 33 4]
22 8 Librum Legis reperi in = [2 *Par* 34 15]
9 Conflaver..pecuniã, quæ reperta est in =
23 2 legit..verba libri.. qui inventus est in =
6 efferri fecit lucum de = foras Jerusalem
7 Destruxit..ædiculas effeminatorũ.. in =
25 13 mare æreum, qd erat in =, confregerunt
1 *Par* 23 32 *Levitæ vero*.. ut ministrent in =
26 12 janitores, ut semper..ministrarent in =
2 *Par* 4 16 vasa fecit..Hiram..in = ex ære mundiss
22 completum..opus qd fecit Salomon in =
7 11 Complevitque Salomon.. quæ disposuerat.. ut faceret in =, et in.. sua
9 4 *Regina*..*Saba*.. *postq vidit*.. et victimas quas immolabat in =.. [3 *Reg* 10 5]
11 fecit rex.. gradus in =, et in.. regia
20 5 Josaphat.. in = ante atrium novũ, *ait*..
23 9 peltas.. David, quas consecraverat in =
14 Præcepit..ne [*Athalia*] occideretur in =
18 Constituit.. Joiada præpositos in =
Levitarum, quos distribuit David in =
20 fecerunt descendere regem de =
24 14 offerebantur holocausta in = jugiter
26 19 orta est lepra.. in = super altare thym
21 plenus lepra, ob qua ejectus fuerat de =
28 21 Achaz spoliata =.. dedit regi Assyrior..
29 25 Constituit [*Esechias*].. Levitas in =..
31 offerte victimas et laudes in =
30 15 sanctificati obtulerunt holocausta in =
31 10 Ex quo cœperunt offerri primitiæ in =, comedimus.. et remanserunt plurima
11 Præcepit.. ut præpararent horrea in =
33 15 abstulit deos.. et simulacrum de =
34 10 qui præerant operariis in =, ut instaurar
17 Argentum..repertum..in =, conflaverunt
30 in =, legit rex omnia verba voluminis
35 2 *Josias*..hortatusq est..ut ministrar in =
2 *Esd* 10 35 ut afferremus primogenita terræ.. in =
Ps 22 6 ut inhabitem in =, in longitudinẽ dierũ
26 4 ut inhabitem in = omnibus dieb vitæ m
91 14 Plantati in =, in atriis.. Dei n florebunt
117 26 Benediximus vobis de =
133 1,134 2 qui statis in =, in atriis dom Dei n
Isai 38 20 et psalmos nostros cantabimus.. in =
Jer 20 1 audivit Phassur..princeps in =, Jeremiã
2 misit eum in nervum.. in =
26 2 civit Juda, de quib veniunt ut ador in =
7 audierunt..Jeremiã loquentẽ.. hæc in =
9 cgregatus est.. populus adv Jerem in =
27 18 si pphetæ..occurrant.. ut non veniant vasa.. derelicta.. in =.. in Babylonem
21 D Israel ad vasa, quæ derelicta s in =
28 1 dixit ad me Hananias.. in =..
5 in oculis omnis populi qui stabat in =
29 26 Dn dedit te..pro Joiade..ut sis dux in =
36 6 lege.. verba Dni, audiente populo in =
8 fecit Bar.. legens.. sermones Dni in =
10 Legitque.. sermones Jeremiæ in =
38 14 rex..tulit..Jer..ad ostiũ 3^m^ qd erat in =
41 5 venerunt..rasi barba.. ut offerrent in =
52 17 Columnas..quæ erant in =, et bases, et mare.. quod erat in =, confregerunt
20 quas [*bases*] fecerat Salomon in =
Thre 2 7 vocẽ dederunt in =, sicut in die solemni
Joel 1 9 Periit sacrificium et libatio de =
3 18 fons de = egredietur, et irrigabit.. spin
Agg 1 14 faciebant opus in = exercituum Dei s
Zach 14 20 erunt lebetes in = quasi phialæ corã altar
21 et non erit mercator ultra in = exercituũ

DOMUS ISRAEL

Exod 16 31 Appellavitque = nomen ejus Man
Levit 10 6 Fratres v, et omnis = plangant incendiũ..
1 *Reg* 7 2 et requievit omnis = post Dominum
2 *Reg* 6 15 David, et omnis = ducebant arcam
16 3 restituet mihi [*Miphiboseth*] = regnum..
Ps 113 9 = speravit in Dno: adjutor..et protector
Isai 5 7 Vinea.. Domini exercituum = est
14 2 possidebit eos =.. in servos et ancillas
Jer 2 26 Quom..fur..sic confusi s =..et reges eor
3 20 mulier amatorem s, sic contempsit me =
5 11 prævaricata est in me =, et domus Juda
9 26 omnis autem = incircumcisi sunt corde
11 10 irritũ fecerunt =, et domus Juda pactũ m
48 13 confundetur Moab a Chamos, sicut confusa est = a Bethel
Ezec 3 7 = nolunt audire te, quia nolunt audire me = attrita fronte est, et duro corde
8 6 isti faciunt abominationes..quas = facit..
11 15 et omnis =.. quibus dixerunt..recedite
12 9 numq non dixer ad te =..Quid tu facis?
27 ecce = dicentium: Visio.. in dies multos
14 5 ut capiatur = in corde s quo recesser..
11 ut non erret ultra = a me
20 13 irritaverunt me = in deserto
40 In monte sancto m..serviet mihi omnis =
22 18 versa est mihi = in scoriam
36 17 = habitaverunt in humo s, et polluerunt
21 peperci nomini..m, qd polluerat = in gentib

DOMUS Israel

Ezec 36 37 Adhuc in hoc invenient me =, ut faciã eis
37 11 Fili hominis, ossa hæc universa, = est
39 12 sepelient eos [*multitudinem Gog*] =
22 scient = quia ego Dnus Deus eorum
23 scient.. quon in iniquitate s capta sit =
43 7 non polluent ultra = nomen sanctum m
Amos 5 1 = cecidit, et non adjiciet ut resurgat
Act 2 36 sciat..omnis = quia et Dn ẽũ, et Christum fecit D, hunc Jesũ quẽ.. crucifixistis
Ps 134 19 **Domus Israel**, benedicite Domino
Jer 5 15 adducam sup vos gentẽ de longinquo =
10 1 Audite.. qd locutus est Dnus sup vos =
18 6 sicut figulus..non potero vobis facere =..? lutũ in manu figuli, sic vos in manu m =
Ezec 11 5 Sic locuti estis, =.. ego novi
18 25 Audite..=: Numq via m non est æqua..?
29 Numquid viæ meæ non sunt æquæ, =, et non magis viæ vestræ pravæ?
30 unumq juxta vias s judicabo = [33 20]
31 facite vob cor novũ..quare moriemini =?
20 31 respondebo vobis, =?.. non respondebo
39 Et vos =.. post idola v ambulate, et..
44 neque secundum scelera v pessima, =
33 11 Convertimini.. et quare moriemini =?
36 22 Non propter vos ego faciam, =
32 et erubescite super viis vestris, =
44 6 Sufficiant vobis omnia scelera v, =
Ose 5 1 Audite hoc sacerdotes, et attendite, =
Amos 5 25 hostias..obtulistis mihi in deserto **40** annis, = ? [*Act* 7 42]
6 15 suscitabo super vos =..gentem
Zach 8 13 eratis maledictio in gentib, dom Juda et = .. salvabo vos, et eritis benedictio
3 *Reg* 20 31 qd reges **domus Israel** clementes sint
Judit 8 6 jejunabat..præter sabbata, et..et festa =
Isai 46 3 Audite me..Jacob, et omne residuum =
Jer 2 4 Audite.. Jacob, et omnes cognationes =
11 17 malum: pro malis = et..Juda, quæ fecer..
23 8 adduxit semen = de terra Aquilonis
33 17 Non interibit de David vir qui sedeat super thronum =
Bar 2 26 propter iniquitatem =, et domus Juda
Ezec 4 4 dormies super latus tuum sinistrum, et pones iniquitates = super eo
5 et portabis iniquitatem =
6 11 dic: Heu ad..abominationes malorum =
8 10 univers idola = depicta erant in pariete
11 **70** viri de senioribus =.. ante picturas
12 vides..quæ seniores = faciunt in tenebris
9 9 Iniquitas = et Juda magna est nimis
13 9 in scriptura = non scribentur [*illi pphetæ*]
18 6, 15 oculos s non levaverit ad idola =
35 15 gavisus es sup hereditatẽ =.. qd fuerit dissipata, sic faciã tibi..mons Seir
39 25 Nunc reducam..et miserebor omnis =
44 22 *Sacerd*..accipient..virgines de semine =
45 17 super principem erunt holocausta et.. in universis solemnitatibus =
Ose 1 4 et quiescere faciam regnum =
11 12 Circumdedit me..in dolo =
Amos 7 10 Rebellavit contra te Amos in medio =
Mich 1 5 In scelere Jacob..istud, et in peccatis =
3 1 Audite principes Jacob, et duces =
9 Audite hoc principes..Jacob, et judices =
Matt 10 6 potius ite ad oves quæ perierunt =
15 24 Non sũ miss nisi ad oves quæ perier =
Judit 13 18 in me..adimplevit misericordiam s, quã promisit **domui Israel**
Ps 97 3 Recordatus est..et veritatis suæ =
113 12 benedixit = : benedixit domui Aaron
Isai 63 7 laudẽ Dni..sup multitudinem bonorũ =
Jer 31 31 feriam = et domui Juda fœdus novum
Ezec 3 17, 33 7 Fili hom, speculatorem dedi te =
4 3 sume..sartaginem ferreã..signũ est =
12 6 quia portentum dedi te =
24 21 Loquere =..ego polluam sanctuarium m
28 24 non erit ultra = offendiculũ amaritudinis
29 6 qd fuisti [*Phar*] baculus arundineus =
16 Neque erunt ultra = in confidentia
21 In die illo pullulabit cornu =
36 22 dices =..Non propter vos ego faciam
37 16 tolle lignũ..scribe super illud: Joseph ligno Ephraim, et cunctæ =
40 4 annuntia omnia quæ tu vides =
43 10 ostende = templum, et confundantur
44 12 facti sunt = in offendiculum iniquitatis
45 6 possessionem civitatis dabitis.. omni =
8 terram dabunt = secundum tribus eorum
Ose 1 6 non addam ultra misereri =
Amos 5 4 hæc dicit Dnus =: Quærite me, et vivetis
Hebr 8 10 hoc est testamentum quod disponam =
Ruth 4 11 faciat Dnus hanc..sicut Rachel et Liam, quæ ædificaverunt **domum Israel**
1 *Reg* 7 3 Ait..Samuel ad universam =
2 *Reg* 1 12 fleverunt..super Saul..et super =
12 8 dedi tibi [*Davidi*] = et Juda..adjiciã..
3 *Reg* 12 21 Roboã..congregavit..ut pugnarent contra =
Jer 3 18 ibit domus Juda ad, = et venient simul
13 11 agglutinavi mihi omnem =, et..Juda
31 27 seminabo = et..Juda, semine hominũ, et..

DOMUS—um Israel

Jer 33 14 suscitabo..bonũ, qd locutus sũ ad = et..
Ezec 3 4 vade ad =, et loqueris verba m ad eos
5 Non..ad pop..ignotæ ling..mitteris ad =
5 4 egredietur ignis in omnem =
12 10 onus istud..super omnem =
14 6 dic ad =..Convertimini..ab idolis v
17 2 narra parabolam ad =..*Aquila*..
20 27 Quamobrem loquere ad =, fili hominis
30 dic ad =..in via patrũ v vos polluimini
28 25 Qdo congregavero =..sanctificabor..
33 10 Tu ergo fili hominis, dic ad =..
36 10 multiplicabo in vobis homines, omnemq =
39 29 qd effuderim spiritum m super omnem =
44 6 dices ad exasperantem me =..
Amos 6 1 Væ..ingredientes pompatice =
9 9 concutiam in omnibus gentibus =, sicut
Hebr 8 8 consummabo super =, et super domum Juda testamentum novum
Levit 17 3 Hom..de **domo Israel**.. occiderit bovẽ..
et non obtulerit ad ostium tab.. [8]
10 Hom quilibet de =..comederit sanguinẽ..
22 18 Hom de =..obtulerit..vota solvens, vel..
Jer 31 33 hoc erit pactum quod feriam cum =
Ezec 13 5 neq opposuistis murum pro =.. in prælio
14 7 homo homo de =.. alienatus fuerit a me ..venerit ad prophetã.. respondebo..
45 17 faciet..et pacifica ad expiandum pro =
Ose 6 10 In = vidi horrendũ.. fornicationes Ephr
Amos 5 3 egrediebantur **100**, relinquentur..**10** in =
Isai 8 14 erit..In lapidem..offensionis, et in petrã scandali duabus **domibus Israel**

DOMUS JACOB

Abd 17 possidebit = eos qui se possederant
18 erit = ignis..Joseph flamma.. Esau stipula
Mich 2 7 Dicit =..abbreviatus est spiritus Dni..?
1 *Mac* 1 29 et universa = induit confusionem
Isai 2 5 **Domus Jacob** venite, et ambulemus in lumine Domini
46 3 Audite me =, et..residuum domus Israel
48 1 Audite hæc = qui vocamini nomine Isr
Jer 2 4 Audite verbum Dni =..cognationes.. Isr
Gen 46 27 animæ **domus Jacob**.. fuere **70** [16 G]
Ps 113 1 In exitu.. = de populo barbaro
Mich 3 9 Audite hoc principes =, et judices.. Isr
Exod 19 3 Hæc dices **domui Jacob**, et.. filiis Israel
Eccli 24 33 mandavit Moyses.. hereditatem =
Isai 14 1 adjungetur advena.. et adhærebit =
27 9 Idcirco super hoc dimittetur iniquitas =
58 1 annuntia.. = peccata eorum
Jer 5 20 Annuntiate hoc =, et.. in Juda
Isai 2 6 Projecisti.. populum t, **domum Jacob**
29 22 hæc dicit Dnus ad =, qui redemit Abrahã
Amos 9 8 verumtamen conterens non conteram =
Isai 8 17 qui abscondit faciem s a **domo Jacob**
10 20 non adjiciet..Isr, et hi qui fugerint de =, inniti super eo qui percutit eos
Amos 3 13 Audite, et contestamini in =, dicit Dnus
Luc 1 32 et regnabit in = in æternum

DOMUS JEROBOAM

3 *Reg* 13 34 propt hanc causã peccavit =, et eversa..
16 7 ut fieret [*domus Baasa*] sicut =
14 10 mundabo reliquias **domus Jeroboam**, sicut.. solet fimus usque ad purum
4 *Reg* 13 6 Verumtamen non recesser a peccatis =
3 *Reg* 14 10 inducam mala super **domum Jeroboam**
14 regem super Israel, qui percutiet =
15 29 *Baasa*.. percussit omnem =
16 3 faciam domum tuam sicut =
21 22 dabo domum t [*Achaz !*] sicut =.. et..
4 *Reg* 9 9 dabo domũ Achab sicut =.. et.. Baasa
Amos 7 9 consurgam super = in gladio
3 *Reg* 14 13 quia inventus est sup eo [*puero*] sermo bonus a Domino.. in **domo Jeroboam**

DOMUS JOSEPH [43 N]

Gen 50 8 *ierunt* [*ad sepeliend Jacob*] = cũ fratrib s
Jos 18 5 Judas..ab australi plaga.. = ab aquilone
Judic 1 22 =.. ascendit in Bethel.. Dnus cum eis
Amos 5 6 Quærite Dnũ..ne..comburatur ut ignis =
Abd 18 erit domus Jacob ignis, et = flamma, et domus Esau stipula
Judic 1 35 aggravata est manus **domus Joseph**
3 *Reg* 11 28 Jeroboam.. super tributa universæ =
Jos 17 17 Josue ad **domum Joseph**..: Populus multus es.. non habebis sortem unam
Zach 10 6 confortabo domum Juda, et = salvabo
2 *Reg* 19 20 Ius [*Semei*] veni de omni **domo Joseph** .. in occursum domini mei regis

DOMUS JUDA

2 *Reg* 2 7 me [*David*] unxit = in regem sibi
10 sola autem = sequebatur David
Jer 3 18 ibit = ad domum Israel.. venient simul
5 11 prævaricata est in = me domus Israel et =
11 10 irritũ fecerunt domus Isr et = pactũ m
Ezec 25 8 dixerunt.. Ecce sicut omnes gentes, =

DOMUS—us Juda

Zach 8 13 eratis maledictio in gentibus, **domus Juda**, et.. Israel.. eritis benedictio
Jer 11 17 malum: pro malis.. Isr et **domus Juda**
Bar 2 26 propter iniquitatem domus Israel et =
Ezec 4 6 assumes iniquitatem = **40** diebus
Isai 22 21 erit quasi pater.. et **domui Juda**
Jer 31 31 feriam domui Israel et = fœdus novum
Ezec 8 17 leve est.. = ut faceren abominat istas..?
Ose 1 7 = miserebor, et salvabo eos in Dno D s
5 12 ego quasi tinea Ephraim.. putredo =
14 ego quasi læna = Ephr..catulus leonis =
Zach 8 15 cogitavi..ut beneãciam =..nolite timere
19 Jejuniũ 4^m^..5^m^..7^m^..10^m^ erit = in gaudium
2 *Reg* 2 4 David, ut regnaret super **domum Juda**
11 David, imperans in Hebron super =
3 *Reg* 12 21 Roboam..congregavit universam =, et..
23 Loquere ad Roboam..et ad omnem =, et..
2 *Par* 11 1 Roboã.. convocavit universã = et Benj
Jer 12 14 et = evellam de medio earum
13 11 agglutinavi mihi..Israel, et omnem =
31 27 seminabo.. Israel et = semine hominum
33 14 suscitabo verbum bonum, qd locutus sum ad domum Israel, et ad =
Ezec 25 3 et super =, quoniã ducti s in captivitatem
Zach 10 3 visitabit Dnus..gregem suum, = 6 confortabo =, et domũ Joseph salvabo
12 4 et super = aperiam oculos meos
Hebr 8 8 consummabo super domum Israel, et super = testamentum novum
4 *Reg* 19 30 reliquũ.. de **domo Juda** mittet radicem
1 *Par* 28 4 elegit Dnus..de =, domum patris mei
2 *Par* 19 11 Zabadias..dux in =
2 *Esd* 4 16 et principes post eos [*juvenes*] in omni =
Isai 37 31 mittet..qd salvatum fuerit de =.. radicẽ
Jer 36 3 Si..audiente =.. mala quæ ego cogito.. revertatur..propitius ero
Soph 2 7 erit funiculus ejus qui remanserit de =

DOMUS SAUL

2 *Reg* 3 1 Dav..semper..robustior, =..decrescens
16 5 vir de cognatione **domus Saul**.. Semei
8 Reddidit tibi Dn universũ sanguinem =
3 1 Facta est ergo longa concertatio inter **domum Saul** et inter domum David
6 Cæm.. esset prælium inter = et domum David, Abner.. regebat =
8 qui fecerim miseric super = patris tui.. argueres pro muliere hodie?
1 *Par* 12 29 magna..pars [*Benj*] adhuc sequebatur =
2 *Reg* 3 10 *faciam* [*ego Abner*] *cum eo*, ut transferatur regnum de **domo Saul**, et..
9 1 Putasne..aliquis..remanserit de =..? [3]
2 Erat autem de = servus nomine Siba
19 17 *in occursum..David*..Siba puer de =

DONARIUM donaria

Exod 35 22 omne vas aureũ in = Dni separatum est
29 Omnes viri et mulieres..obtulerunt =
36 3 tradidit eis universa = filiorum Israel
Num 18 29 quæ offeretis.. in = Dni.. electa erunt
Deut 12 6 offeretis in loco illo holocausta..=
1 *Par* 29 17 vidi cum ingenti gaudio tibi offerre =
1 *Mac* 3 30 ne non haberet..in sumptus et =
Exod 28 38 quæ obtulerunt.. filii Israel in cunctis muneribus et **donariis** suis
38 24 aurũ qd.. oblatũ est in =, **29** talentorum
Num 31 50 offerimus in = Dni..in præda auri [39 K]
2 *Mac* 2 13 construens bibliothecã congregavit..de =
12 40 Invenerunt..sub tunicis..de = idolorum

DONATIO donationis

Rom 5 17 abundantiam gratiæ et =.. accipientes, in vita regnabunt per unũ J Christũ
2 *Cor* 1 11 ut..ejus quæ in nobis est =, per multos gratiæ agantur pro nobis
Eph 4 7 data est gratia secund mensurã = Christi
Eccli 38 2 A Deo est enim omnis medela, et a rege accipiet **donationem**
1 *Mac* 10 28 et dabimus vobis **donationes**
Rom 12 6 Habentes..= secd gratiã..differentes

DONEC [6 B; 35 E, H; 46 A; 53 E *omittuntur plura in libris historicis*]

Gen 3 19 In sudore..= revertaris in terram..
8 7 nec revertebatur, = siccarentur aquæ
11 6 nec desistent a cogit suis, =..compleant
24 19 camelis t hauriam aquã, = cuncti bibant
33 Non comedam = loquar sermones m
27 44 *fuge ad Laban*..= requiescat furor fratr
33 3 adoravit [*Jacob*] = appropinquaret frater
38 11 Esto vidua..= crescat Sela filius m
42 15 non egrediemini..= veniat frater v minim
16 = probentur quæ dixistis..vera an falsa..
43 25 parabant munera, = ingred Joseph merid
49 10 = veniat qui mittendus est..expectatio..
26 = veniret desiderium collium æternorum
Exod 15 16 = transeat populus t Dne, = pertranseat populus tuus iste, quem possedisti
16 35 comed Man..= venirent in terrã habitabilẽ
33 22 ponam te in foramine petræ..= transeam

Exod 34 34 *velamen*.. ingressus ad Dnũ, et loquens cum eo, auferebat = exiret
Levit 22 4 non vescetur de his [*cæcratis*] = sanetur
25 22 = nova nascantur, edetis vetera
26 40 *affligentur*, = confiteantur iniquitates s
41 = erubescat incircumcisa mens eorum
Num 11 20 *carnes*..*comedatis*..= exeat per nares v, et vertatur in nauseam
14 33 = consumantur cadavera patrũ in deserto
20 17, 21 22 = transeamus terminos tuos
23 24 quasi leo..non accubabit, = devoret prædś
32 13 *Deut* 2 14 = consumeretur..generatio
21 = subvertat Dnus inimicos suos
35 12 = stet in conspectu multitudinis, et causa illius judicetur [*Jos* 20 9]
25 innocens..manebit..ibi, = sacerdos magnus.. moriatur [*Jos* 20 6]
Deut 7 20 *Si*..*feceris*..crabrones mittet Dnus..= deleat omnes..qui te fugerint
23 interficiet illos, = penitus deleantur
24 nullus poterit resistere tibi, = conteras..
28 20 *si audire nolueris*..Mittet Dnus..famẽ.. = conterat te, et perdat velociter
21 pestilentiam, = consumat te..
22 egestate, febri..persequatur, = pereas
24 descendat super te cinis, = conteraris
45 persequentes apprehendent te, = intereas
48 jugũ ferreũ sup cervicem t, = te conterat
51 *Adducet*..*gentem*.. *quæ*.. devoret..ac fruges terræ t, = intereas, et non relinquat tibi triticum..= te disperdat
61 plagas..inducet..super te, = te conterat
Jos 4 10 = omnia compleruntur quæ..præceperat D
23 siccante Dno..aquas..= transiretis
24 sicut..in mari..qd siccavit, = transiremus
5 1 qd siccasset Dnus fluenta..= transirent
6 = consumerentur qui non audier vocẽ Dni
8 circumcisi..manserunt..= sanarentur
7 12 non ero ultra vobiscum = conteratis eum qui hujus sceleris reus est
13 = deleatur..hoc contaminatus..scelere
10 13 Steteruntque sol et luna, = ulciscetur se gens de inimicis suis
23 13, 15 = vos auferat atq disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis
Judic 5 7 Cessaver fortes..= surgeret Debbora
Ruth 3 3 non te videat homo, = esũ potumq finierit
18 Expecta.. = videamus quẽ res exitũ hab
1 *Reg* 1 22 Non vadam, = ablactetur..et ducam eũ..
ante consp Dni, et maneat..jugiter
2 5 et famelici saturati s, = sterilis peperit..
14 24 Maledictus vir qui comederit..usque ad vesperam, = ulciscar de inimicis meis
30 4 planxerunt = deficerent in eis lacrymæ
2 *Reg* 10 5 Manete in Jericho, = crescat barba v
22 38 Persequar inimicos m..et non convertar, = consumam eos [*Ps* 17 38]
3 *Reg* 10 7 non credebam narrantibus.. = ipsa veni
18 28 incidebant se [*prophetæ Baal*] cultris et lanceolis, = perfunderentur sanguine
4 *Reg* 6 25 Samaria.. obsessa est, = venumdaretur caput asini **80** argenteis, et..
10 11 = non remanerent ex eo [*Achab*] reliquiæ
17 20 tradidit eos [*Isr*] = projceret..a facie s
21 16 sanguinem..fudit Manasses.. = impleret Jerusalem usque ad os
24 20 Irasceb.. Dnus.. = projceret.. a facie s
1 *Par* 19 5 manerent in Jericho, = cresceret barba
28 20 nec derelinquet, = perficias omne opus..
2 *Par* 9 6 Non credebam narrantib, = ipsa venissẽ
14 7 Ædificemus..= a bellis quieta sunt omnia
21 15 ægrotabis [*Joram*] = egrediantur vitalia
31 1 altaria destruxer.. = penitus everterent
36 16 subsannabant nuntios Dei.. = ascenderet furor Dni.. et esset nulla curatio
1 *Esd* 2 63 non comederent de Sancto SS = surgeret sacerdos doctus atque perfectus
10 14 = avertatur ira Dei n a nobis sup.. hoc
2 *Esd* 4 21 ab ascensu auroræ = egrediantur astra
7 65 = staret sacerdos doctus et eruditus
Esth 15 11 = rediret ad se, his..[*rex*] blandiebatur
Job 8 21 = impleatur risu os t, et labia t jubilo
14 6 quiescat [*homo*] = optata veniat.. dies ej
12 dormierit, non resurget, = atteratur cælũ
13 Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me.. = pertranseat furor t..?
14 expecto = veniat immutatio mea
27 3 = superest halitus in me.. *Non loquentur labia mea iniquitatem*
5 = deficiam, non recedã ab innocentia m
32 11 audivi prudentiã v, = disceptare mini serm
12 = putabã vos aliquid dicere, considerabã
Ps 56 2 sperabo, = transeat iniquitas
57 8 intendit arcum suum = infirmentur
70 18 ne derelinquas me, = annuntiẽ brachiũ t
71 7 Orietur in diebus ejus justitia, et abundantia pacis: = auferatur luna
72 17 = intrem in Sanctuariũ Dei, et intelligã..
93 13 a dieb malis: = fodiatur peccatori fovea
104 19 *ferrum pertransiit*..= veniret verbum ej

Ps 109 1 = ponam inimicos t, scabellum pedum t
111 8 non comovebitur = despiciat inimicos s
122 2 oculi n ad Dnũ D n = misereatur nostri
131 5 requiẽ temporib m: = inveniã locũ Dno
140 10 singulariter sum ego, = transeam
141 8 me expectant justi, = retribuas mihi
Prov 7 18 fruamur cupitis amplexib, = illucescat..
28 *sequitur quasi bos*.. *ignorans*..= transfigat sagitta jecur ejus
Eccle 2 3 = viderem quid esset utile filiis hominũ
Cant 2 17, 4 6 = aspiret dies, et inclinentur umbræ
3 4 nec dimittam = introducam illũ in domũ matris m, et in cubiculũ genitricis m
5, 8 4 ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, = ipsa velit
Sap 10 14 non dereliquit..= afferret illi sceptrum..
Eccli 4 19 *Sapientia*.. cruciabit illum.. = tentet eum in cogitationibus suis, et..
13 8 confundet te in cibis s, = te exinaniat..
14 9 Insatiabilis oculus cupidi.. non satiabitur = consumat arefaciens animam s
23 22 Anima calida..non extinguetur=..glutiat
23 et homo nequam in ore carnis suæ non desinet = incendat ignem
26 15 [*filia non avertens se*] contra omnem sagittam aperiet pharetram, = deficiat
29 5 = accipiant, osculantur manum dantis
35 21 Oratio humiliantis se nubes penetrabit; et = propinquet non consolabitur; et non discedet = Altissimus aspiciat
23 reddet vindictã, = tollat plenitud superb
24 = reddat hominibus secundũ actus suos
25 = judicet judicium plebis suæ
Isai 6 11 = desolentur civitates absq habitatore
22 14 Si dimittetur iniquitas hæc..= moriamini
26 20 abscondere.. = pertranseat indignatio
30 17 fugietis, = relinquamini quasi malus navis in vertice montis.. signũ sup collẽ
32 15 = effundatur sup nos spiritus de excelso
